Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mitte in oculo cectum est ad caliginem oculorum rore matutino succum rute et vinum
miste et in oculos mitte gal. 2 fel vulturis vel arietis cum stercore humano mixto
vino et bene colatum ad visum claridem mire prodest gal. idem ad pruritum oculorum
succum vel volia apii misce cum vino bono et dimitte per unam diem postea unge
vel lava inde oculos mire prodest etiam de sensu visus gl.

de doloribus aurium

Diverse fiunt in auribus passiones dolor sine apostemate dolor cum apostemate vulnus vermes
casus lapilli vel aque vel alicuius corpusculi in aure surditas et tinnitus dolor sine apostemate
quandoque fit ex calore dissolvente quandoque ex frigiditate coartante Si fit ex calore hoc
sunt signa dolor acutus locus rubet et calet calida obsunt frigida prosunt Si vero ex frigiditate
dolor est gravatus locus pallet vel livet frigida obsunt calida prosunt Apostema aurium a.
cadit ex decoctione in fine aliud frigidum ex defrigidatione in fine Si igitur dolor fuerit cum calore
apostemate hoc sunt signa dolor vehementer acutus febris vehemens rubor loci cum calore
Si fuerit dolor ex frigido apostemate hoc sunt signa dolor gravatus et lentus febris remissio
Apostema etiam aurium sepe committitur febris Extremitates etiam aurium quandoque occurrunt frigide
propter partium generationem caliditatis seu frigiditatis sunt declaratia vulnus in auribus ex apostemate
precedenti habet fieri frequentius quod cognoscitur ex dolore et titillatione et sanie fluente Ver-
mes in auribus fiunt ex vitiosis humoribus et inspissatis per intercepcionem spiritus vivificantis
quorum signa hoc sunt pruritus titillatio Aure enim soli quandoque exposita vinum Casus lapilli
vel aque vel alicuius corpusculi in aure pacientis iudicio cognoscitur et etiam aliquando potest videri
aure soli exposita Surditas quandoque fit ex toto quandoque ex parte Ex toto habet fieri ex
tota opilatione nervorum post et satis manifesta 3 Surditas ex parte habet fieri quandoque ex
parte opilatione quandoque ex predictis causis ut casu lapilli vel alicuius corpusculi in aure
et tunc per predicta signa cognoscitur Tinnitus aurium quandoque fit ex propria causa ut ex
fumo descendente a cerebro quandoque ex remota causa ut ex vicio stomachi vel epatis
Si ex causa propria fit tinnitus est continuus sine magis et minus nec propter passionem inferiorum
augetur vel minuitur Si vero fiat vicio stomachi tinnitus est interpolatus a[illegible] post prandium
quam ante et isti ex vomitu possunt alleviari Si vero fiat ex vicio epatis
dolor gravatus sentitur circa epar vera est aliquando colata Si fuerit dolor absque
apostemate ex calore frigidis et alteratis est insistendum unde contra infirmitates aurium valet

de aurium cura

succus voliorum cucumeris et agrestis Lignum fraxini pone in igne et liquorem
qui de summitate eius stillat collige et impone dolorem aurium sedat et auditum
emendat Item lumbricos tere et ova formicarum et volia rute sunt tritata et
bullita in oleo cola et unam guttam olei in tepidam mitte in aurem et ob
tura aurem cum bombace ungo ex toto circa aurem et audium amissum restaurat
exemplar In cepa concava pone oleum et succum porri et absinthii et lac mulieris et
coque sub pannis et exprime et impone unam guttam in aure et obtura cum
bombace mane post vi horas aperi et verte aurem ad partem inferiorem et munda
leniter optimum est experimentum In cauda cauda multum valet lactuca emplastra Stuppa